Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35185
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



60. Vide o rex quanta sit malicia mulieris meoque
utens consilio ac principibus atque estes filio
tuo insonti parcas Sciens quod tibi citius
nuda patebit veritas Non dum sapiens finierat
verba deprecatoria Cum regina ut leena que proprios
amiserat filios catulos furens prorupit in medium
Me inquiens o omnium iniquissime regum me quia
libidinem filii tui pati noluit quam tacui flammis tradere
per te filio criminoso hoc hii deliri senes ad te indu-
cti figmentis suis expetunt ut impudicum reserves
filium et me primas innocentem Huiusmodi convicia rex
dolopathos audiens et diutius ferre non valens
manus levat ad celum Iuratque per deos quod filium per
semetipsum mitteret flammis comburendum Tunc cla-
mor populi tunc omnium voces tolluntur in altum concutitur
tota terra illius planicies clamosis vocibus et fle-
tibus singulorum Iamque pater filium a terra levaverat
Iam in flammas ipsum proicere conabatur Cum ecce Adventus preceptor
virgilius nostri super aspidem quasi fulgor per medium populi
discurrens supervenit frangit huiusmodi conatum hec
clamans Cessa o rex retrahe manum ab innocen-
te leges innocentes occidi prohibent Revertere ad iudi-
cium quia falso crimine est accusatus et iniuste et contra leges
damnatus Ad hec lucinius viso auditoque ingressu
quasi de somno evigilans illud tandem graue rumpit
silencium Ave inquiens o preceptor Stupet igitur
pater loqui audiens filium Mirantur reges Statque pri-